

H. me, et C. me. D. me.

93

N. 24

Argentia Regie, istius Maiestatis tollendi nostrum Contum,
et Hospitale Varaviae, magnam me affert afflictionem, quam
licet anno 1715 apud Sanctam Sedem demonstrasset, nihil-
ominus, deo suadente, talem iacturam non sustinimus,
nunc ergo renovatas audio eiusdem Maiestatis Resolutiones,
a quibus spero, solo Exc. Sue. Patrocinio Religionem meam
liberare; De Charitate igitur, et pietate Sua plurimum
confido, ut favorabiliter intercedat, Nota apud Serenissimum
Regem, ne locum Pauperibus Infirmis designatum a pijs-
simis fundatoribus erectum, et a Nostris Religiosis fideliter
conseruatum ad alium usum redigat, eo magis quod anno
supradicto Sancta Sedes assensum prebuit conditionatum,
videlicet, quod si Regia Maiestas Contum, Hospitale, et Ecclesia
nostra usus fuisset, deberet alium Contum, Hospitale, et
Ecclesiam in loco commodo, et Ciuitati propinquo designare,
uel Nouum a fundamentis construere; Decreuit etiam ut
in Casu Commutationis Contus, Hospitale, et Ecclesia a peniti-
rigorose estimarentur, et pretium in manu Apostolici Nuntij

in actu Stipulationis Instrumenti reponeretur, et ab ipso formam
 et situm noui Hospitij, Contus, et Ecclesie approbaretur; Porro
 durante constructione noui edificij, Religiosi Nri prouiderentur
 sufficienti habitatione, Hospite, et Ecclesia, et demum tradita fuit
 plena facultas predicto Nuntio Apostolico, ad implenda predicta con-
 ditionibus consensum Apostolicum prebere; Hunc uero intelligo Ser-
 nissimum Regem uelle potius Contu sola commutatione loci, ex
 extra Suburbia, sed hoc non solum magni incommodi est Religio-
 uerum etiam summi detrimenti Pauperibus, qui ad se uerrandes
 Hospitali concurrunt, et ideo elapsis temporibus translatum fuit
 Hospitale ab extra intra Suburbia: hęc uero inuutilis commutatio
 conscientia fieri non potest; ut si Regia Maiestas absolute uult
 Contu uti, assignet saltem Nobis locum ante Portam Cracouiensem
 et commodissimę situs Domi Branicki Capitanei Brecensis, tam-
 quam propinquior, et Reipublicę expositus, ut frequentius, et commod-
 us possunt Infirmi se ad Hospitale conferre. Clementi pietati
 Exc. Nre hoc negotium remitto, ut Christiana Charitate causam
 que Dei, et Pauperum Infirmorum est amanter defendat, sub-

igitur protèctimè eam incumbo, et dum quàm studiosissimè
possum, Exc. ^{Am} suam Cogo omnem ei felicitatèm, et prosperita:
tèm precor, ac obsequium meum humillime resignans me
dèmissè subscribo -

Exc. Vrz

Rome, die 31 Octobris 1722 -

Exc. Humil. et obed. Servus
N. Bernardus Banfi